AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.
Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=377
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

enim mortalitas hominum superbia vel mutat et si excitet aliquis humilitatem in spiritu sicut erat p-
phete patriarche. dedignabatur gentes humanum imitari humilem hominem. Nec enim dedignantur
homo imitari hominem humilem. et deus factus est humilitatem sicut sicut superbia humani generis non dedigna-
retur sequi vestigia dei fratrum ut nostis sacificia iudeorum antea secundum ordinem aaron imitabamur
peccatis. et hoc in mysterio. Non dum erat sacificium corporis et sanguinis domini quod
fideles nostri quotidie legitur quod sacificium nondum diffusum est in toto orbe terrarum. Ponitur igitur uno
bis an octies duo sacificia. et illud secundum ordinem aaron. et hoc secundum ordinem melchisedech.
Septies enim. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchise-
dech. Dei quod dicitur tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Deo dicitur tu es sacerdos
erat melchisedech. Rex salem. Salem civitas fuit antea illa quod postea sicut dicitur pdiderat iam
dicta est. Ergo antequam ibi regnaret iudei ibi erat sacerdos melchisedech. quem inscribitur in genesi
sacerdos dei excelsi. ipse occurrit abrahe quando liberauit loth de manu principum et. et pstrauit e
os a quibus ille tenebatur et liberauit fratrem. Post liberationem fratris occurrit ei melchisedech. Et ran
tus erat melchisedech. aut benedicit abraham. Protulit panem et uinum et benedixit abrahe. et
decimas decimas abraham. Videtur quod prius et quam benedixit. et cui dictum est. Per ea tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchisedech. Dauid hoc in spiritu dixit. Longe post abraham. Temporibus
abrahe fuit melchisedech. Deo quod alio dicitur tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchise-
dech. non de illo cui nostis sacificium. Sublatum est enim sacificium aaron. et cepit esse sacificium se
cundum ordinem melchisedech. Ergo mutatum nescio quis uultum suum. Quis est iste. Nescio quis
natus sit et scio quis. Nec ore enim dominus noster ihesus. In corpore et sanguine suo uoluit esse salutem
nostram. Vnde autem commedauit corpus et sanguinem suum. De humilitate sua. Nisi enim esset humi
lis non manducaretur non bibitur. Respice altitudinem ipsius. In principio erat uerbum e-
rat apud dominum. et deus erat uerbum. Ecce cibus sempiternus. Si manducatur angelus. manducatur supne
rum. manducatur celestes spiritus et manducatur et saginantur et integrum manet quod eos sa
ciat et lenificat. Quis autem homo posset adillum cibum. Vnde cor tam ideoneum illum cibum. Oportebat
quod ut mensa illa lactescat et ad paruulos puenirent. Vnde autem fit cibus lac. Vnde cibus in lac cum
uertitur non uis per carnem transeat. Nam mater hoc facit. Quid manducat mater hoc manducat infans.
Si quia minus idoneum est infans quod panem uescatur ipsum panem mater in carnem ut per humilitatem
mamille et lactis suum. de ipso pane pascat infantem. Quomodo autem de ipso pane pascat in-
fantem. Quomodo de ipso pane pauit nos sapientia dei. Quia uerbum caro factum est et habitauit inno
bis. Videtur quod humilitatem. quia panem angelorum manducauit homo ut supernum est Panem celi dedit
eis. panem angelorum manducauit homo. Id est cibum illum quod pascuntur angeli sempiternum quod est. equi
le pane manducauit homo. Quia eum informa dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Saginan
tur illo angeli. Si semetipsum exinanuit ut manducaretur panem angelorum homo. formam seruum ac
cipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus
obediens usque ad mortem mortem autem crucis. ut iam de cruce commedaretur nobis caro et sanguis
domini nouum sacificium. quia mutauit uultum suum. coram abimelech. i. coram regno patris. Regnum
enim patris. regnum erat iudeorum. Quomodo regnum patris. Regnum dei. regnum abrahe. Nam regnum pa
tris dicitur magis ecclesiam quam populus iudeorum. Sed secundum carnem regnum patris populus israhel. Dictum est enim.